GREGORIUS MAGNUS, UNVOLLSTäNDIG
Entstehungsort unbestimmt, 10. Jh.
Seite 75r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35482
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



unde subse infirmata est firmitas dei. PEI

Cum uirtute signorum concorditer loquitur
racio uerborum. GREGORIUS

Quadam quoque die dum quidam eius puerulus
monachus parentes suos ultra quam debebat
diligens atque adeoque habitaculum tendens
sine benedictione de monasterio exisset
eodem die mox ut ad eos peruenit defunctus
est. Cumque esset sepultus die altero proiectum
foras corpus eius inuentum est. Quod rursus trade
re sepulture curauerunt. Sequenti die ite
rum proiectum exterius atque inhumatum sicut prius
inuenerunt. Tunc concite ad benedicti
patris uestigia currentes cum magno fletu
pecierunt ut ei suam gratiam largiri dignaretur.
Quibus uir dei manum suam protinus communionem
dominici corporis dedit dicens. Ite atque hoc
dominicum corpus suppectus eius cum magna re
uerentia ponite eumque sepulture tradite.
Quod dum factum fuisset susceptum corpus eius ter